Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Scpa

dixit dm et dixit · Nunc dimittis seruum tuum dne secm
verbum tuum in pace · Quia uiderunt oculi mei salutare tuum ·
Quod parasti ante faciem omium pplorum · lumen ad reuelationem
Initt·r· gentium · et gloriam plebis tue israel · Et erat pater eius et mater
ioseph et maria
mirantes super his quæ dicebantur de illo · Et benedixit illis sy
mon · et dixit ad mariam matrem eius · Ecce positus est hic
in ruinam et resurrectionem multorum in israel · et in signum
cui contradicetur · Et tuam ipsius animam pertransibit gladius ·
ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes · Et erat
anna prophetissa filia phanuel de tribu aser · Hæc
processerat in diebus multis · uixerat cum uiro suo · vii ·
annis a uirginitate sua · et hæc uidua usque ad annos
octoginta · iiii · quæ non discedebat de templo ieiuniis et
obsecrationibus seruiens nocte ac die · Et hæc ipsa hora
superueniens confitebatur domino · et loquebatur de illo omnibus qui
expectabant redemptionem israel · Et ut perfecerunt omnia
secm legem domini · regressi sunt in galilea in ciuitatem suam
nazareth · Puer autem crescebat · et confortabatur plenus
sapientia · Et gratia dei erat cum illo · Et ibant parentes
eius per omnes annos in iherlm in die sollempni pasche ·
Initt·r· Et cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis ie
rosolimam secm consuetudinem diei festi · et consumatis diebus
cum redirent remansit puer ihesus in ierlm · et non cognouerunt paren
tes eius · existimantes autem illum esse in comitatu · Venerunt ite diei · et requi
rebant eum inter cognatos et notos · Et non inuenientes · regressi sunt in ierlm
requirentes eum · Et factum est post triduum · inuenerunt illum in templo sedentem · in
medio doctorum audientem illos et interrogantem eos · Stupebant autem
omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius · Et uidentes
admirati sunt · Et dixit mater eius ad illum · Fili quid fecisti nobis sic · Ecce pater
tuus et ego dolentes quærebamus te · Et ait ad illos · Quid est quod me quærebatis ·
nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse · Et ipsi non intellexerunt
verbum quod locutus est ad illos · Et descendit cum eis et uenit nazareth et
erat subditus illis · Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc conferens in
corde suo · Et ihesus proficiebat sapientia et ætate et gratia · apud dm et homines ·